

III.

NEOVIDENSIS

Nro. 87. (Neovidensis 1807. Nro. 86.)

Politicum inter mortuos Colloquium.

Elysium-Meum.-Die Veneris 6. Nov. (Neovid. 23 Oct. 1807.)

Aeole — — — —
Gens inimica mihi Americanum navigat aequor,
Lisbonam in Americam, portans victosque
penates
Incute vim ventis.

Colloquentes Manes.

*Sebastianus Rex Portugalliae et Joannes
Munnoz.*

Munnoz. Ni fallor, videre mihi videor
infelicis Sebastiani Lusitanorum Regis um-
bram.

Sebastianus. Quid de infelici mea patria
narrabis? hoc ipso tempore ex genio quodam
intellexi te eruditum Hispanum.

Munnoz. Proh dolor! confirmari videtur
rumor: familiam regiam Europa excessuram
in comitatu 15 navium de linea, translatis
simul opibus, ut in Australi America tutiori
sibi esse liceat.

Sebastianus. Ergone Brasilia sedes regiae
familiae futura, heu fatorum vim!

Munnoz. Auri haec et adamantifera regio
magnam in orbe terraqueo exeret auctori-

tem, nostræ ad Plata amnem hispanicæ ditiones paullo post cum ea unientur, hoc ipsum est, quod animo volvunt Angli, consilium.

Sebart. Jam Pombalio hæc mens & consilium fuit, effectuique is procul dubio mancipaturus fuisset, nisi eotum Systema defensionis Portugalliam impedivisset.

Munnoz. Legam tibi, si vacat, ex galliis paginis, qui ad hoc argumentum spectat Articulum.

Parisiis 18. Octob. Nuncii undique perhibent, fidemque facere videntur: quasi aula Ulysiponensis insurrectionibus Britannici regiminis cessisset; si litteris *Bajonna* scriptis credendum, Regens Portugalliæ, Princeps Brasilis cum filio totaque aula, atque thesauris omnibus Coronæ Classiculam 13 navium de linea conscendit, Brasiliamque petit, in qua sedem regni fixurum se opinatur, ne vero uilum decreto huic singulari dubium relinquatur, Anglicana Classis Tagum dicitur ingressa. Ephemerides Nannetenses quæ cuncta hæc confirmant, addunt: Gallicanæ & hispanicæ aulæ legatos Ulyssipone decessisse, copiasque speculatorias ad Bajonnam coactas territorium Portugalliæ ingressas esse; fama de discessu Portugallici legati ad aulam Parisinam hesterno die communis erat, & Parisiis per vulgus sparsa, novum hoc molimem facem discordiarum incontinente de novo excitandi ex longo jam tempore præparabatur. Jam ante annum comparuit Illustris *Russlyn* Anglicana cum Classicula, ad ostia Ta-

gi, aulæque Ulyssiponensi consecratorum feracem propositionem fecit; cui de præsentia ea adstipulata est, verum quod firmitatem & sapientiam attinet, Dom. *Aranjo* consiliis cedere debuit. Propemodum ita videtur: quasi publico huic ministro succumbendum fuisset, cum is principem suum super molitionibus Anglicanæ factionis edocere incassum adnissus fuisset, quæ sat diuturno tempore principem Brasilie adversus socerum suum Regem Hispaniarum bello implicare nitebatur; quæque Portugallico abuti nomine contendebat, ut australem Americam possit in suam potestatem redigere, aut perturbare infestareque.

Sebast. Hæc familiæ regie translatio novas mutationes pariet, quæ in ratione separationis Portugallie ab America novas rationes proferet.

Munnoz. Anglia, maxima hostis Hispaniarum suum assequetur finem. Facile est providere, quid secuturum sit. Angli omni contentione adnitentur, regnum, quod in Brasiliam traduxerunt adjuvare & augere; & hoc qua quæso ratione? cum periculo Hispaniarum; copias & naves & arma in Brasiliam expedient, cum Portugallis & Brasiliensibus ibidem degentibus se conjungent, Bonos Aeres, Montem Videum aliaque ad amnem Plata sitas Hispanorum Colonias impetent, donec Americam australem & fortassis Peruvianum Regnum in suam redigant potestatem; quo pacto fiet, ut commercium opulentum hujus regionis sibi habeant obnoxium; sua ad eam deferant manufacta, & opulenta adeo producta inde exportent. Rex Portugallie novam in Ame-

tem, nostræ ad Plata amnem hispanicæ di-
tiones paullo post cum ea unientur, hoc ip-
sum est, quod animo volvunt Angli, consilium.

Sebast. Jam Pombalio hæc mens & consi-
lium fuit, effectuique is procul dubio manci-
paturus fuisset, nisi eotum Systema defen-
sionis Portugalliam impedivisset.

Munnoz. Legam tibi, si vacat, ex galli-
cis paginis, qui ad hoc argumentum spectat
Articululum.

Parisii 18. Octob. Nuncii undique perhi-
bent, fidemque facere videntur: quasi aula
Ulysiponensis insurrectionibus Britannici re-
giminis cessisset; si litteris *Bajonna* scriptis
credendum, Regens Portugalliæ, Princeps Bra-
siliæ cum filio totaque aula, atque thesau-
ris omnibus Coronæ Classiculam 13 navium
de linea conscendit, Brasiliamque petiit, in
qua sedem regni fixurum se opinatur, ne
vero ulum decreto huic singulari dubium
relinquatur, Anglicana Classis Tagum dici-
tur ingressa. Ephemerides Nannetenses quæ
cuncta hæc confirmant, addunt: Gallicanæ
& hispanicæ aulæ legatos Ulyssipone deces-
sisse, copiasque speculatorias ad Bajonnam
coactas territorium Portugalliæ ingressas es-
se; fama de discessu Portugallici legati ad aulam
Parisinam hesterno die communis erat, &
Parisiis per vulgus sparsa, novum hoc mo-
limem facem discordiarum incontinente de novo
excitandi ex longo jam tempore præparaba-
tur. Jam ante annum comparuit Illustris *Rus-
lyn* Anglicana cum Classicula, ad ostia Ta-

gi, aulæque Ulyssiponensi consecratorum feracem propositionem fecit; cui de præsentia ea adstipulata est, verum quod firmitatem & sapientiam attinet, Dom. *Aranjo* consiliis cedere debuit. Propemodum ita videtur: quasi publico huic ministro succumbendum fuisset, cum is principem suum super molitionibus Anglicanæ factionis edocere incassum adnissus fuisset, quæ sat diuturno tempore principem Brasilis adversus socerum suum Regem Hispaniarum bello implicare nitebatur; quæque Portugallico abuti nomine contendebat, ut australem Americam possit in suam potestatem redigere, aut perturbare infestareque.

Sebast. Hæc familiæ regis translatio novas mutationes pariet, quæ in ratione separationis Portugallis ab America novas rationes proferet.

Munnoz. Anglia, maxima hostis Hispaniarum suum assequetur finem. Facile est providere, quid secuturum sit. Angli omni contentione adnitentur, regnum, quod in Brasiliam traduxerunt adjuvare & augere; & hoc qua quæso ratione? cum periculo Hispaniarum; copias & naves & arma in Brasiliam expedient, cum Portugallis & Brasiliensibus ibidem degentibus se conjungent, Bonos Aeres, Montem Videum aliaque ad amnem Plata sitas Hispanorum Colonias impetent, donec Americam australem & fortassis Peruanum Regnum in suam redigant potestatem; quo pacto fiet, ut commercium opulentum hujus regionis sibi habeant obnoxium; sua ad eam deferant manufacta, & opulenta adeo producta inde exportent. Rex Portugallis novam in Ame-



rica australi Portugalliam occupabit, quæ multo amplior & majoris erit argumenti, quam ea sit, quam in Europa relinquit; & heu miseram conditionem! Hispaniæ opis ferendæ incapax! Funestum bellum in hac tam miti & pacifica patria furet, donec tandem, prout pronum est assequi hispanicus dominatus victus, & aliquot post an. memoria solum, aliquando fuisse superferit.

Sebast. Quid vero Portugallia fiet? singulares in hoc regno rationes locum habent, quæ successionem regnantium adficiunt. *Edvardus* Rex decreverat: ut princeps primogenitus, qui more aliorum titulum *Infantis* gerebat, nomen *Principis Portugalliae* adsciscat. *Joannes* 4. eundem titulum in *principis Brasiliæ* commutavit. Primogenitus *Principis Brasiliæ*, aut in defectu filiorum senior filia titulum *de Beira* præsefert, ceteri principes proles & fratres *Infantes* audiunt. Verum dantur diversæ familiæ in Portugallia, quas quodammodo principes de sanguine nuncupare posses, cum a domo regia suam ducant originem & Jure in successionem polleant, quales *Duces Cadaval Comites Galveas, Duces Paraquas*, e domo *Ferreira de Mello, Comites Vincievro*, ex domo *Bragantina*; profecto novæ Coronæ possessori res ardua & perquam difficilis foret, diversas has familiarum prætensiones absque renitentia ad liquidum perducere.

Munnoz. Omnium horum culpam sustinent malevoli Angli! Jamque Anglicanis paginis continentur de 8. Octob. articuli, qui hostilia in Americam australem molimina proferunt; regimen, ita ait Anglicana pagina, videtur consilium

Bonos Aeres, & regnum de la Plata rursum recuperandi nondum missum fecisse; imo contra scitur: quod secundum compromissum cum Portugallia reditus saltim Classis ex Oceano Orientali expectetur, ut in hoc argumento efficaciora media adprehendi queant; rumor fert: *D. Home Popham* Clas i, & *Generalen Chathart* copiis terrestribus præfuturum, quæ vicena armatorum numerabit millia; passim militares Operationes in Brasilia inchoandas censent; regimen nostrum, ita ajunt *Ephemerides Times* nuncupatæ, memoratu dignum præparavit eventum, quod orbis stupebit, & quod novam nostro Commercio admodum largam & utilem spem suppeditat. Optima amica nostra Portugallia magnæ in Annalibus Europæ Auctoritatis futura, eamque consequetur, quam absque ope nostra nequaquam fuisset adepta.

Sebast. Sed quid si Americani status. — —

Munnoz. Ab his non multa bona speranda; jamque nostram Luisianiam possident, & Florida iis contigua, patet; *D. Monroe*, prout indicant Anglicanæ de 8. Oct. paginæ adhucdum Londini moratur, hesterno vero is cum *D. Canning* postremum habuit colloquium, quo exacto, regi valedixit. Ejus interim abitus cum controversiis inter Magnam Britanniam & Americam bo. realem nullo prorsus jungitur nexu; responsum conclusorium nostri regiminis ad gravamina Deputatorum Americanorum jam reapse a *D. Erskine* expeditum est.

Sebast. Pombalium exquirendi animus est, ut ex eo intelligatur, quid ei de hodiernis adjunctis Portugalliæ videatur.

Munnoz. Pombalius — qui acerrimus Hispaniæ hostis, addictissimus Angliæ — Oh Hispaniam! —

Quæ causa Angliis oppugnandi Hafniam? in hac quæstione sequens Londini 25. Sept. edita Regis declaratio responsum suppeditat,

„Sua Majestas sibi ipsi, totique Europæ candidam motivorum propositionem debet, quibus ad nuperam in mari Balthico agendi rationem adacta est; Sua Majestas hæc declarationem sola spe amicabilis cum aula Danicæ conventionis distulit, cujus adipiscendæ princeps ejus votum conatusque fuit; pro qua omnes vires intendere, amplaque immolare parata fuit, quæque nullo unquam tempore, neque manifestæ hostilitatis momento oblivioni tradidit. Quam graviter etiam Sua Majestas tulit; spe sua frustratam se esse, id tamen solari mentem Ejus poterat, nihil ex sua parte ad consequendum plane aliud consecrarium intentatum relictum esse, & dum atrocem necessitatem dolebat, qua ad hostiles adversus gentem actus suscipiendos adigebatur, quacum relationes communis utilitatis fœderisque serio conservandas postulabat; Sua Majestas animo convicta est; coram Europa universoque terrarum orbe factorum suorum æquitatem in imperiosa, & indeclinabili obligatione repertum iri, quæ omnium Imperantis obligationum suprema est, utpote: obligatio tempestive immediatæ subditorum suorum securitati consulendi prospiciendique. Sua Majestas positivum nuccium de Decreto hodierni Galliarum dominatoris intellexit, Hol-

satiâ copis armatis occupandi, eo fine & consilio: ut M. Britannia omnes qui obtinent cum continente nexus præcidantur, ut aula Danica ad Fretum Sundicum ocludendum commerciumque & navigationem Britannicam prohibendam permoveatur aut adigatur, utque Danica Classe uti, ejusque ope invasionem in M. Britanniam & Hyberniam suscipere possit. (Conclusio sequetur)

B I O G R A P H I A

Munoz (Joan. Bapt.) Celebris Hispanicus doctor notus in Germania præcipue per *Historiam novi orbis*, Anno 1743 in vicò *Valentia* una hora distante luci editus. Studiorum suorum cursum absolvit in patriæ metropole; cum conscholares eum ingenio præstare advertissent, eum imitandum susceperunt, eumque moderatorem studiorum elegerunt, jam ætatis suæ 20 factus Philosophiæ Professor Valentia, in qua statione in vicem Aristotelicæ Philosophiæ, principia novæ secundum commentarium S. Thomæ inducere admisus, est; ea cum felicitate ut aliarum Universitatum Doctores ejus exemplum sequerentur, Biennio post Præfationes edidit in Rhetoricam *P. Ludovici de Granada*, & Logicam *Verni* in quo opere admirandam pro ætate sua eruditionem ostendit; quam ex scriptis restauratorum Seculo 18. & 16. litterarum sibi comparavit. Anno 1779 ei, qua Cosmographo Itinerariarum à Carolo III Rege Hisp. credita: elaborato Historiæ detectionis novi Orbis, & in eo hispanicarum Coloniarum; in quem finem omnia regni Archiva ei patebant, exacto 13 annorum

improbo labore 1793 primus liber prodiit in lucem, ex *Historia novi mundi* Madriti; opus hoc cunctis in hoc argumento materiarum selectu, & perfectione palmam præripit; cujus tamen absolutioni auctor immortalus Madriti 19, Juli 1799

Sebastianus Rex Portugalliæ filius Joannis Infantis Portugalliæ ex Joanna Caroli V. filia luci editus 1554 regnum 1557 adivit; ex Zelo in religionem expeditionem adversus Mauros in Africa suscepit, fortuna sat mediocri An. 1574 aliquanto post tempore *Molei Mahomet* ejus opem adversus patruum suum *Molucum* regem Fezzanum & Maroccanum imploravit, Sebastiano cum lectissimis nobilibus in Africam 29. Julii 1578 trajiciente, 4. Aug. pugna commissa, in qua flos Nobilitatis, quæ regem sequebatur contritus est. Proelium admodum cruenum fuit, ex utraque enim parte duces occubuere. Moluccus vita decessit; Muhamet in palude periit, Sebastianus interiit nondum 25 annorum princeps; quod vero cadaver infelicis regis nusquam reperiretur, rumor percerebuit eum superstitem in desertis delitescere, re ipsa duo eodem tempore Pseudo Sebastiani comprehensi sunt; alter filius lapidiciæ, alter tegularum confectoris; ambo sub veste eremitica latentes diu vulgo imposuerunt, donec illo supplicio adfecto hoc ad tritemes damnato toti rei finis imponeretur.